

Bobroff 1887.

25

Magistro suo doctissimo et
carissimo Gustavo Teichmuellero
Eugenius Bobroff
S. P. D.

Primum gratulor tibi anno novo
et omnia, quae cupias, adipiscaris
volo. Sino me sperare te anno hoc
ineunte nos pluribus operibus philo-
sophicis veritatis sempiternae investi-
gandae gratia compositis donaturum
esse. Quod me tuum discipulum
indignum attingit, possum te maxi-
ma cum voluptate certorem facere,
me Platonis divini "illius &
scripta legere adhuc et immensam
sapientiam ejus admirare. Vivendi
modum initor & alperius philosophi
magni Pythagorae i. e. e numero
carnivororum me excludo. Totum
hoc tempus valetudine bona utor,

quare a doloribus liberatus cum majore studio operam philosophiae ediscendae dare possum. Sed cum tristitia addo, neminem, ex quo tu, mi carissime praceptor, profectus es, habeo, quocum de philosophia rebusque quaestionisque philosophicis loqui possim. Quamobrem solum mihi manet sperare id tempus non diu expectandum esse quum ~~hostis~~ laetitia affectus ^{revertens} reverderis. — A nomine meo jubeas quaeso valere filias filiosque tuos.

Oro te, ut mihi priorem benevolentiam laudemque, vitae meae ornamenta, conserves itidemque atque antehuc tractes

humilem discipulum tuum
Eugenium Castoreum.

Scriptum est Dorpati 18^{to} 1888.